



**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 6. Zacharias pueri sui merito loquitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Ecce, venit puer ille potens, puer arbiter æui ;  
 Qui premat armatis impia monstra minis.  
 Hæc vbi sint nunc arma, rogas ? vbi fulmina Diuum?  
 Ut puer est, matris condidit illa sinu.  
 Lærus id ipse canis natali testis in horâ :  
 Et nunc hæc lituo cælite bella sonas.  
 Sic tamen infestis canis arma tonanda procellis ;  
 Candidus æternæ pacis ut augur eas.

*Epigramma 6.*

Zacharias pueri sui merito loquitur.

**V**ix de matre cadens vđum bibt aëra pupus,  
 Intactamque rudi stans pede tangit humum :  
 Emicat, enodique eludit lingua palato.  
 Iamque parat Verbum Vox puer aptaloqui,  
 At Pater elinguis surdo nil mutat hiatu :  
 Aut ferit informi murmurâ balba sono.  
 Quid? vocale patri plectrum num surpuit infans?  
 Clausus adhuc cœco carcere id aut sit opus?  
 Appage tale scelus : simplex an id audeat ætas?  
 Lusus io ! pueros, non mala noxa decet.  
 Sentiatur hoc pius ore patens, nascentem puello ?  
 Quàm blandus pueri pectore spirat amor !  
 Sed quid? adhuc strictis pater ora coercet habenis ?  
 Expediat tardas libera lingua moras.  
 Vineta diu, tandem facili iam verba labello  
 Liberat ? ô felix ! vincla quis ista secat ?  
 Maximus ille puer, qui Vox it publica mundo,  
 Abnueret patri reddere vocis opus ?  
 Ecce quod inclutit male credula noxa parenti,  
 Vox infans aperit nobile vocis iter.

*Epigramma 7.*

Zacharias nato Ioanne loquitur, vbi  
 iam nomen scripserat.

**C**œca sub obscuro retractans verba palato,  
 Lingua rudes balbo pinxit in ore sonos.

Quale